ita depinxit Somnum. Facie inquit resoluta videba-
tur, candidam habens vestem supra nigram, quasi di-
em, et noctem indicaret, cornu in manibus tenere
visebatur, ex quo vera somnia emittit. Fuit autem
his Amphiaraus divinus vates, et augur futur-
orum peritissimus, cui Oropij divinos etiam honor-
es tribuere, aedemque candido marmore extruxere.
Quem tanto cultu, studioque omnis Graecia honoravit
celebravitque, ut inter Deorum numerum eum recepe-
rint, in eoque solo, ac sede ubi humatus sepultusque
iacebat, certissima responsa daret, quae quidem nunquam
nisi in somnis edebantur. Nam post adorationem
et sacrificia Diis, quorum Nomina in ara insculpta
erant, mactato ariete, pelles supersternebant,
in quas incumbantes somnum, postea somnis capta-
bant, illorum significatus, et eventa mox interpreta-
bati. Praeclarum Audit. Somni nomen audivimus,
illiusque insignem formam inspeximus, addamus igitur
etiam illius cognomen non minus gloriosum, sumesque
laudandum. Somnus Epidotes cognomento apud
Corinthin.